

que si el escriuano dixere ante el iuez que el escriuiera la carta sobre que se litiga y que es verdadera y los testigos que fuesen e-  
 scriptos en ella dixessen que no se acertaran, y quando el pleyto fue puestto nin torgado de las partes asi como es escripto en ella, estonce si el escriuano es ome de buena fama, e fallaren en la nota que es escripta en el registro que concuerda con la carta deue ser creydo el escriuano e no los testigos, deue valer la carta. Esto es por que muchas vezes acontece que los omnes son testigos de pleytos de que no se acuerdan despues, &c. Quam l. multum notandam & menti tenendam asserit ibi Greg. Lop. in gl. e los testigos. Et inquit bene aduertendum, quia corrigi-  
 communem opinionem de iure communi: & loquitur etiam lex illa quando testes, qui fuerunt descripti contradicunt instrumento, & non solum si simpliciter dicant se non interfuisse, verum etiam & si deponant rem non ita se habere nec ita fuisse sicut in instrumento continetur, & quod procedit etiam in contradic-  
 tione testium, qui essent necessarii in actu, de quo in instrumento. Ergo multo fortius procedit in nostro casu, cum tantum vnus testis instrumentarius contradicat instrumento indirecte, asserens se non fuisse presentem, & alii testes coadiuuent ipsum instrumentum, & adhibet probata bona fama notarii, quae multum in proposito operatur, vt late tradit Roland. a Valle vbi supra, num. 30. & sequentibus, & vnus ex testibus, qui in iudicio dixit non recordari, extra iudicium dixit recordari, vt est probatum, quo casu detrahitur eius dicto iudiciali adeo, vt non feratur sententia secundum eius dictum etiam si aliud deponeret in iudicio, ita Ant. de Butt. in c. cum in tua de testibus rem refert Felin. ibi, num. 6. sequitur alios allegans Roland. a Valle conf. 40. num. 12. lib. 1.

Item quando testis vnus asserit in iudicio iuramento, & aliud extra iudicium non adhibetur ei tanta fides quanta adhiberetur, si contrarium non dixisset extra iudicium: ita tenet Additio Angel. in tract. de malef. verb. falsario, num. 23. fol. 83. Alex. confil. 81. col. antepenul. vol. 3. Atet. confil. 71. vbi dicit, quod omnes Doct. in c. cum causa de testibus tenent, quod hoc casu debilitatur fides: quem refert & sequitur Boslius in sua practica crimin. tit. de opposit. contra testis, num. 3. Nec obstat diuersitas subscriptionis eiusdem testis in testament. & codicillo dicti defuncti quia id saepe euenit & contingere potest in vno eodemque homine, vt diuersas subscriptiones sui nominis faciat, vt probatur ex l. 119. in vers. Otrosi dezimos, tit. 18. part. 3. Praemaxime cum hic sit vnus tantum testis, & auctoritas conficit esse verum codicillum.

Non obstat etiam aliud, de quo accusatur, nempe quod non scripserit haeredem in testamento cuiusdam Catharinae: quia idem notarius probauit, quod ipsa testatrix eum non nominauit prout requiritur, ad hoc vt tabellio possit eum scribere, vt in l. inuenimus, Cod. de testamentis, & quod pater testatrix erat praesens tempore quo testamentum condebat, qui erat legitimus ipsius haeres propter defectum descendendum & non contraxit. Praeterea testamentum iure regio valet, & sustinetur quamuis in ipso haeres non instituitur, quia succedit in bonis testatoris, qui iuxta ius, & consuetudinem patriae alias debebat succedere si testator decederet in statu, vt in l. 1. tit. 4. lib. 5. noua copil. regie.

Defenditur vltimus idem tabellio ab alio, quod sibi imputatur, scilicet, quod scripserit testem in eodem testamento quendam vicinum alterius oppidi, & non ipsius vbi conditum est testamentum, prout debebat esse & requireretur ad valorem testamenti iuxta d. l. regiam; quoniam is testis est frater testatrix, & auctor simul enutriti sunt in eodem oppido, vbi conditum fuit testamentum, ibique testis multo tempore commoratus est, & optimis cognoscebat forem suam te-

stantem. Et ratio, quae nititur dict. l. regia ad hoc, vt testes sint vicini est, vt cognoscant testatorem, vt sentit & probat D. Burg. de Paz in l. 3. Tau. 1. parte conclus. 3. numer. 346. fol. 215. dicens, quod ratio illius est, quia testes vicini facilius agnoscunt testatorem, & ea, quae in testamento scribuntur, quam forenses, & alienigenae. Sed in presenti nostro casu hoc cessat, quia frater testatrix, idemque testis optime eam cognoscit. Cessante ergo ratione legis cessare debet & ipsius dispositio, vt in legibus vulgaris. Vltimo defenditur praefatus tabellio a culpa, quae sibi imputatur, quod aliqua gesserit tanquam tabellio virtute mandati sibi dari a quodam publico ciuitatis tabellione ad ea gerenda, quamuis ipse non signauerit: propter suam simplicitatem & rusticitatem, quam probauit argumento l. penultima, C. de his, qui sibi ascrib. vbi praesumitur quis errore potius quam malicia aliquid fecisse vt a poena falsi excusetur Quem text. notat Bal. in l. 1. §. fin. num. 8. ff. de legib. ad hoc, vt praesumatur ignorantia, & euitetur falsitas: & illam legem dixit notandam ad excusationem simplicium tabellionum Decius confil. 175. num. 1. vtrumque refert & sequitur Roland. a Valle d. conf. 38. nume. 31. volum. 1. & num. 3. cum gloss. & Bald. inquit, quod in dubio notarius non praesumitur falsarius. Et in notario inquisito de falso, quod error excludat dolum, & quod in dubio potius praesumatur error quam dolus per d. l. pennit. & l. senatus, eodem tit. tenet Paulus de Castro confil. 364. per totum vol. 2. Thomas Grammat. conf. 65. nume. 22. Aegydius Boslius vbi supra num. 56. vbi allegat. Bart. in l. quorides, §. sed si ff. de hered. instit. dicentem, quod si vnus fuit dictum per contrahentes & aliud scriptum per notarium, non praesumitur dolose, imo errore factum, nisi aliis circumstantiis aliud appareat. Circa quam regulam, quae multum reddit notarios audaces in salutatibus committendis allegat bonas remissiones idem Aegydius vbi supra num. 68. quae sunt videndae. & Decius in l. si librarius, num. 12. & vbi eius additio, ff. de reg. iur. vbi sequitur regulam supra dictam & limitat in testamento; illud autem non fecit dictus tabellio, sed aliquas notificationes virtute d. mandati.

Et si facit, quod tradit Bald. in l. data opera, nume. 50. C. 19. qui accusat. non poss. vbi quod tabellio priuatus si conficiat instrumenta tamquam tabellio non punitur poena mortis, quia habuit primordium veritatis, quamuis aliter eum referat Auent. in 2. parte c. 20. pre. num. 1. Et generaliter est, vt falsi poena locum non habeat, vbi adest primordium veritatis, vt dixi confilio precedenti numer. 3. & sequentibus, sed hic accusatus antequam vteretur dicto mandato fuit tabellio publicus eiusdem loci, quamuis iam officium tabellionatus renuntiaffet, & alteri a regia maiestate fuerit collatum: ipse ergo acta gesta virtute d. mandati iuuantur primordio veritatis, hoc est officio publico tabellionatus, quod prius habuit exercuit, sicque iuncta sua sufficientate habet excusationem a poena falsi.

SVMMARIA.

- 1 Testes in causa criminali debent esse omni exceptione maioris
- 2 Testis idoneus dicitur, qui nulla exceptione repellere potest. (res.)
- 3 Affinitatis exceptio sufficiens est ad repellendum testem a testimonio.
- 4 Testes affines licet fuerint admitti minime probant. (testimonio.)
- 5 Solicitor in causa non potest in ea ferre testimonium.
- 6 Testibus per iuris non est danda fides. (est. fides)
- 7 Testis, qui in vno falsum deponit, minime in reliquo danda
- 8 Testis pluribus morbis laborans ex toto repellitur etiam si veritas aliter haberi non possit.
- 9 Negatiua coarctata loco, & tempore sufficiens est, maxime si simul testes deponant de affirmatiua, vt in num. 10.
- 10 Negatiua coarctata loco & tempore probatio.
- 11 Testes plures praesertuntur paucioribus etiam in criminalibus praemaxime in fauorem rei.

CON-

CONSILIVM XXXIX.

**R**Ei accusati ob resistentiam, quam dicuntur fecisse iudici, veniunt absoluedi: Tum, quoniam accusator id non probauit, ex regula iuris vulgaris, *actore non probante, &c.* Tum, quia etiam si testes producti ab actore in aliquo obessent reo, adhuc praed. testibus non esset credendum: quoniam in causis criminalibus testes debent esse omni exceptione maiores, vt in l. fin. C. de probat. ibi, idoneis testibus. Et testis idoneus dicitur, qui nulla exceptione repellere potest, vt tenet gl. in §. item verborum, Institut. de ver. oblig. notat Abb. in c. 1. de testibus, & in cap. at si clerici, de iudic. Couarruuias de sponsal. 2. parte, capue 8. §. 12. numero 7. Sed duo testes, quos actor habet, pluribus repellere possunt exceptionibus.

Prima, quia affines sunt ipsius accusatoris: affinitatis autem exceptio sufficiens est ad repellendum testem a testimonio, vt resoluit Anton. Gomez 3. tom. variar. cap. 12. de probat. delict. num. 15. & probat text. in cap. 1. 3. question. 1. & in cap. praesens, 3. question. 9. tradit alios allegans Dionys. de Francis confilio 59. matrimon. numero 35. in 1. volumine consilior. matrimon. ¶ Quod si adeo procedit, vt etiam si sint admitti, minime probent, per text. & ibi communiter Doct. in l. parentes, C. de testibus, testatur communem Paulus Merend. conf. matrimon. 86. n. 42. d. 1. volum.

Secunda, quia, vt probatum existit, d. testes sollicitatores fuere hac in causa in fauorem accusatoris: Sollicitator autem non potest ferre testimonium in ea causa, vt tenet Roman. confil. 420. Alexand. confil. 153. col. 2. lib. 5. & alios plures referens Menoch. de arbitrar. iudic. quast. 73. num. 6. vbi num. 5. idem probat in procuratore, de quo est expressa l. 20. vers. Otrosi dezimos, tit. 16. part. 3. Et in sollicitatore, quod non possit esse testis idem tenet Burg. de Paz confil. 11. num. 15. allegans ad hoc cap. Romana, de testi. lib. 6. & d. l. 20. & asserit, hoc procedere, siue sollicitator habeat salarium, vel non: item, quia sollicitator dicitur habere maiorem affectionem in illa causa, quam procurator, & ideo in ea non potest esse testis, vt in decision. 21. Rota, de testi. in nouis, incip. sollicitator alias erat, decision. 154. quam refert Burgos, vbi supra.

Tertia exceptio est, quoniam hi testes falsi sunt in eo, quod deposuerunt asserentes, quod dominica statim sequenti, postquam fuit occisus dictus Gregorius, viderunt ipsos accusatos ingredi monasterium Sancti Francisci: quoniam pluribus aliis testibus est probatum contrarium: quam obrem prioribus non est danda fides, vt in cap. testimonium, de testibus & ibi Doct. Roland. a Valle confilio 16. num. 9. & sequentibus, lib. 1. & confilio 57. numer. 15. & sequentibus, lib. 2. Anton. Gomez. cap. de probat. delict. num. 15. ad finem. ¶ Testis autem, qui in vno falsum deponit, in reliquo minime etiam est danda fides, vt in l. si cui, §. eisdem, versic. si tamen, ff. de accus. bonus text. in cap. Pura, 3. q. 9. & in l. 2. & in l. qui falso vel varie, ff. de testibus, per quae iura & alia ita tenet Gandin. in tract. malef. tit. de falsar. num. 26. & Bonifac. in eod. tractatu, tit. de falsar. num. 22. vbi eius additio alios allegat, Roderic. Suarez allegatione 18. colum. 2. versic. primo, quia

dicunt, & optime tradit Roland. a Valle confil. 7. num. 23. lib. 1. Et testis pluribus morbis laborans ex toto repellitur, etiam si aliter veritas haberi non possit, vt plures allegans resoluit Roland. a Valle confil. 3. num. 48. & sequentibus, lib. 3. & confil. 57. num. 41. & sequentibus, lib. 4. Mexia in l. Regia Toleti, in 4. fundamento prima partis, num. 27. & 29. & Beccius confil. 85. num. 19. lib. 1. Cum igitur hi testes tot tantisque laborent morbis, minime eis est credendum.

Secundo principaliter ideo rei absoluedi sunt,

quoniam pluribus testibus probarunt, non solum iudici se non resistisse, sed imo ei fauorem & auxilium praestitisse, vt delinquentem caperet. Et quamuis probatio haec videatur de negatiua, ac per consequens forsitan videre possit minus sufficiens, in contrarium est veritas, quoniam est coarctata loco & tempore, vt testes ipsi reorum deponunt, quod sufficit iuxta glossam in authen. de hered. & Falcid. §. si vero absum, verbo, & vidisse tibi, vsq. ad finem, & nihil potuisse fieri, collat. 1. & in leg. 1. in princip. ff. de iur. actuz, priuat. verban. non ibi. Quod probatur hoc modo, quod per eos, qui ibi prope stabant, non fuit visus ire, cum non potuisset iussu quia videretur, sequitur alios allegans Couarr. lib. 2. variar. resol. c. 6. nu. 8. versic. etiam, & Egidius Boslius in practica crimin. tit. de defensorum, nu. 15. fol. 220. & est communis, vera & recepta sententia, vt ex aliis refert Iulius Clarus in practica criminali, §. final. questio. 52. versic. si tamen, coarctetur.

Maxime, cum ijdem testes non solum deponant de praedict. negatiua coarctata loco & tempore affirmantes, quod si aliud fuisset, ipsi sciuisent, & fieri non potuissent, quin viderent, quia semper praesentes fuerunt: sed modo affirmatiua quoque deponunt, nempe, quod seruerunt iudici & comitati sunt eum, auxilium & fauorem praestantes, vt tradit Matthaeus de Afflic. decis. 27. apol. 324. n. 9. & 10. Vltimo est aduertendum, quod hi testes deponentes in fauorem reorum sunt plures numero & omni exceptione maiores, sicque praefertendi sunt praedict. duobus testibus accusatoris, quamuis integri essent, item & etiam si de resistentia deponerent, quod non sunt nec faciunt, vt tenet Abbas in cap. in nostra, in finalibus verbis, & in cap. cum in tua, num. 2. de testibus, maxime in fauorem reorum, vt tenet Roman. in l. §. fin. colum. 3. & in l. illa, ff. de verbor. obligatiomb. Felin. optime in c. ex literis, de probat. Marant. in l. is potest, num. 329. ff. de acquir. hered. Sic aliqui ex dd. reis fuerunt in totum absoluiti, alij vero leuissima poena condemnati, quia aliqua culpa adhuc resultabat contra hos, contra illos vera nulla, maxime attentata sua exoneratione. Laus Deo.

SVMMARIA.

- 1 Metus tormentorum idem operatur, quod tormenta ipsa.
- 2 Ille dicitur torqueri, qui est in loco, vbi timez torqueri.
- 3 Sufficit probare, quem fuisse detentum, vt eius confessio dicatur facta metu tormentorum.
- 4 Testis, qui vnus dixit in iudicio, & postea contrarium in alio dicto in tormento, non punitur de falso.
- 5 Testis potest corrigere dictum suum in continentis, id est, antequam partem alloquatur.
- 6 In continentis etiam dicitur, antequam publicata sint attestations, dummodo probeatur, testem non fuisse colloquutum cum partibus.
- 7 Testis potest corrigere dictum suum metu tormentorum, ante publicationem.

CONSILIVM XL.

**F**Ranciscus testis accusatur de periurio, quia contraria in suis depositionibus iuratis deposuerit. Sed ab hoc defenditur. Primo, quoniam ad secundam depositionem faciendam fuit comminatus ad tormentum. ¶ Et si idem operatur metus tormentorum, quod tormenta ipsa, vt in leg. nonissime, ff. quod fals. iur. auctor. ibi, quod si compulsus aut metuens, ne compelleretur, vbi eum text. ad hoc notat Bald. dicens, quod paria sunt, coartiteri in tormentis, quod metu tormentorum, Bald. in l. interpositas, circa §. c. de tranact. sequitur plures referens Hippolyt. in l. in crimin. n. 54. & seqq. ff. d. 99.

EEEE 2



- 2 Et si n. 61. dicit, quod ille dicitur torqueri, qui est in loco, ubi timet torqueri, probat idem Hippol. in pract. crim. s. expedita, n. 1. & seqq. ubi nu. 10. & in d. l. in criminib. n. 8. probat, quod carcer dicitur species torturæ, & n. 13. d. s. expedita.
- 3 Quod sufficit probare, quem fuisse detentum, ut eius confessio dicatur facta metu tormentorum, eandem opinionem per illum text. sequitur & plures allegans probat D. Anton. de Padilla in l. cum proponas, nu. 8. C. de transact.
- 4 Sed sic est, quod testis, qui vnum dixit in iudicio, & postea contrarium in alio dicto in tormento, non punitur de falso, ut tradit Tindarus in tractat. de testib. lib. 1. cap. 3. per totum, volumine 5. folio 224. Ergo eodem modo non debet puniri, quando contrarium dixit metu tormentorum.
- 5 Secundo, quia testis potest corrigere dictum suum in continenti, & præerea, de testi. cogend. l. 30. tit. 16. part. 3. In continenti dicitur, antequam testis alloquatur partem, ut existimat Innocentius in dict. cap. præerea, post glossam, ibi, & testatur communiter seruari Felinus ibi nu. 11. D. Couarr. lib. 2. variar. resol. c. 13. nu. 8. versicul. ceterum si testis iuratus, ibi, idem erit, & c. Gregorius Lopez, hoc deducens ex d. l. 30. in glossa. Fablassé con alguna de las partes, sequitur alios allegans Laurentius Syluanus consil. 87. nu. 1. & Jacobus Menoch. de arbit. iudic. casu 108. nu. 5.
- 6 Imo dicitur in continenti, si corrigat, antequam publicatæ sint attestations, dum modo probetur, eum non fuisse colloquutum cum partib. & sic tollatur ista præsumtio subornationis, secund. Alciat. præsumtio. 29. regule secunde, nu. 2. eandem opinionem late probat Syluan. ubi supra, nu. 2. & seqq. & Alciat. ubi supra, n. 3. hoc intelligit procedere, quando testis allegaret aliquam causam coloratam erroris seu correctionis: eandem opinionem testatur communem Dominus Anton. de Padilla in l. error, nu. 8. C. de iur. & fact. ignor. ubi refert alias duas opiniones. Secundam, nempe, antequam testis discedat a conspectu examinatoris, & quam etiam refert Syluan. ubi supra, nu. 7. & 8. & Menoch. ubi supra. Tertiam, quod sit arbitrium ex qualitate personarum. Addit Alciat. ubi supra, n. 6. quod quando testis corrigere dictum suum metu tormentorum ante publicationem, statuti tali correctioni, in quo omnes supradicti sentiunt, non esse puniendum. Sed cum hic metus intercesserit in hoc teste & correxerit dictum suum ante publicationem, & sit probatum, eum partes non fuisse alloquutum, consequens est, ut non puniatur, quamuis ratificauerit postea dictum suum, quandoquidem causam coloratam allegat suæ correctionis, secund. Tindarum, ubi supra.

SVMARIA.

- 1 Donatio ad hoc, ut valeat reuocari, non possit, debet acceptari.
- 2 Acceptatio & ratificatio donatarij debet intervenire, quando ad veram perfectionem contractus debet necessario intervenire consensus vtriusq. contrahentis, cessi non eodem tempore & instanti, saltem in diuerso.
- 3 Superiora procedunt etiam in conscientia, nam ad hoc, ut promissio obliget, necessaria est acceptatio eius, cui sit promissio.
- 4 Acceptatio donationis requiritur etiam hodie, attenda l. Regia 2. tit. 16. lib. 5. Nova Collect. Regia.
- 5 Acceptatio requiritur donationis, etiam causa pie facta.
- 6 Acceptatio donationis requiritur, etiam si clausula constituta vel reservationis usufructus in donatione ad sit: hæc enim clausula nihil operatur, nisi acceptata fuerit.

- 7 Acceptatio donationis, etiam iurata, requiritur.
- 8 Nemo alteri obligatur ex iuramento vel pacto, nisi consentiat ille, in cuius fauorem iuramentum præstatur vel pactum fit.
- 9 Quando aliquis iurat principaliter in fauorem absentis, primaria obligatio dirigitur in Deum; si tamen pars non curat de implemento, nec etiam Deus, & hoc respectu requiritur consensus absentis.
- 10 Nemo per iuramentum vel pactum proprium obligatur, nisi concedat ille, cui sit pactum vel iuramentum.
- 11 Acceptatio a fortiori requiritur donationis, in qua continentur vincula maioratus & apponuntur grauamina, que debent adimpleri, quia tunc est contractus vltro citroq. obligatorius, ubi requiritur consensus partis vtriusq.
- 12 Reuocari potest donatio iurata non acceptata absque incurfu perurij.
- 13 Alteri per alterum potest stipulari interueniente iuramento.
- 14 Acceptatio absentis requiritur, etiam si statuto cæueatur, quod alteri per alterum acquiratur obligatio.

CONSILIVM XLI.

Viam veritatis nobis aperiat ipse, qui dixit; Ego sum via & veritas. Mater quædam inter viuos irrevocabiliter filium suum masculum tituli donationis melioravit in tertio & quarto bonorum suorum, adiectis quibusdam conditionibus, vinculis ac grauaminibus alijsq. clausulis pro validatione & robore ipsius donationis opportunis & convenientibus, & præerea cum iuramento solemniter de non reuocando eam, & c. Hic autem filius præsens minime fuit tempore donationis, nec postea eam acceptavit. Mater autem præfata hoc sciens, in suo testamento, sub quo decessit, præd. meliorationem reuocavit, & alia ex 4. parte bonorum suorum fecit in fauorem alterius filie suæ, quæ domi secum habebat. Consultas fui; An mater iure potuerit præd. primam meliorationem reuocare, quæ illarum meliorationum sit valida & seruanda? Et omisso multiloquio inherendo veritati, quam semper amamus, respondi, mater enim, de qua quæritur, recte ac iure optimo potuisse priorem meliorationem a se factam, etiã cum iuramento, reuocare, eo, quod ab eo, cui fuit facta, non fuisset acceptata, ac proinde eadem reuocationem validam fore, & per consequens, secundam meliorationem filie factam seruandam esse, non vero priorem non acceptatam & ideo reuocatam, sequentibus fundamentis.

Primo, quia tclari iuris est, esse necessariam acceptationem donationis ad hoc, ut ipsa valeat & reuocari non possit, argum. l. si ego, ff. de neg. gest. & l. communis seruus, §. fin. in fin. de acquir. poss. & in donatione absentis facta probat l. absentis, ff. de donat. l. 4. tit. 4. p. 5. vers. la tercera, & in vers. la quarta, & in terminis hoc tenet Paul. de Castro consil. 171. incipi in casu sequenti, visis omnibus, per totum consilium lib. 2. ubi loquitur in donatione facta per patrem filie absentis, & dicit, quod illi non fuit ius quæsitum ante ratificationem, quia, licet legatum acquiratur, etiam ignorantem, reuocabiliter tamen, non sic est in donatione, quæ etiam reuocabiliter non acquiratur, nisi scienti & consentienti, quia pendet ex voluntate duorum: idem Paul. Castr. consil. 195. visis, que narratur in 2. dubio, vol. 2. sequitur Dec. consil. 126. col. 3. nu. 12. & consil. 464. col. 1. nu. 3. & consil. 331. in fin. & consil. 661. n. 11. Curt. Iun. consil. 52. n. 13. & consil. 55. nu. 9. & consil. 120. nu. 3. & 4. Bertrand. consil. 173. col. 5. vol. 1. Paul. Castr. consil. 77. col. 3. vol. 1. dicens, quod ratione aperiissima & concludenti debet interuenire ratificatio & acceptatio ipsius donatarij, quando ad veram & perfectionem contractus debet

debet necessario interuenire consensus vtriusq. contrahentis, et si non eodem tempore & instanti, saltem diuerso, ut per omnes in l. ff. de pact. & in l. i. in prin. ff. de verb. oblig. idem Parif. consil. 78. col. pen. eod. vol. & sequuntur alij relati per Rol. a Valle consil. 19. nu. 6. 10. & 11. lib. 1. & quod donatio non acceptata non valeat, etiam si donatarius sit præsens & taceat, tenet alios allegans Tiberius Decian. consil. 39. nu. 30. volum. 2. itaq. hæc est communis & vera resolutio doctorum, ut iuxta ius commune donatio facta absentis non acceptata non obliget, ita, ut ex ea nullum ius absentis ante acceptationem acquiratur: atq. ideo possit reuocari, præmaxime, si neque per notarium nomine absentis sit acceptata, & de hoc nemo dubitat, imo procedit hoc etiã in conscientia. Nam ad hoc, ut in foro interiori obliget promissio, necessaria est acceptatio eius, cui sit prædicta donatio, ut probat Frater Angles in suis floribus Theologicis quæstio in q. de voto art. 2. in 3. difficultate, vers. ut talis, pag. 92. ubi, quod quando sit præsentis, si taceat, non videtur illi placere, donec acceptet, & iterum in 4. difficultate, in vers. sic, hinc promissio, pag. 94.

Secundo, quoniam, et si nonnulli velint hodie, attenda leg. 2. tit. 16. lib. 5. noua collect. Reg. incipit, pareciendo que uno se quis obligar a otro, & c. non requiri hanc acceptationem, veritas tamen & magis communis resolutio Doctorum est in contrarium, nec nõ & praxis, imo quod illi illa non obstante, requiratur hodie acceptatio donationis ad hoc, ut reuocari non possit, quod si non acceptetur, poterit reuocari. Lex namq. illa non tollit acceptationem, quæ iure communi requiritur: sed tantum solemnitate stipulationis & alia solemnia iure Ciuili requisita ad validitatem contractus, non tamen id, quod eodem iure requirebatur pro substantia obligationis, ut ex verbis eiusdem l. Regia constat, ibi, non pueda poner excepcion que no fue fecha stipulacion, que quiere decir promettimiento, con cierta solemnidad de derecho: o que fue fecha el contrato, o obligacion entre absentes, in principio eiusd. l. ibi, pareciendo que uno se quis obligar. In hoc enim casu non concurrit: Intentio namque matris in prima donatione non fuit velle donare neq. filio obligari, priusquam ipse sciens donationem eiusq. conditiones & grauamina eam acceptasset, ut in l. qui abf. ff. de acquir. poss. ubi dicitur, Qui absentis seruo scribit, ut in libertate maneat, non eam mentem habet, ut statim, vel serui possessionem dimittere, sed magis destinationem suam in id tempus conferre, quo seruus certior factus fuerit, & ubi Alex. & communiter Doct. notant, posse donationem ante acceptationem reuocari.

Sic etiam videmus, quod et si iure Canonico ex pacto nudo oriatur actio, adhuc tamen requiritur acceptatio ipsius, ut tenet communiter Doct. in c. 1. de pact. per text. in c. 1. de concess. præb. in 6. eadem ratione, quæ uis diure Ciuili donatio fieri possit pacto nudo, ut in l. si quis argentum, §. fin. C. de donat. adhuc requiritur acceptatio, ut prædictum a iure probatum existat. Et ita in nostris terminis, quod etiam hodie attenda d. l. Regia requiratur acceptatio donationis, & quod aliter ipsa reuocari possit, tenet expresse Greg. Lop. in d. l. 4. tit. 4. p. 5. in 7. no lo puede hazer. & D. Couarr. lib. 1. var. resol. c. 14. n. 12. & 13. & Auend. 2. par. cc. pratorum, c. 29. n. 11. Ioan. Baptista Villalob. in sua antinomia juris, nu. 26. Molina de Hispan. primog. lib. 4. c. 2. n. 60. Olauus in sua concor. antinom. l. 1. c. 1. n. 43. & seq. D. Burg. de Paz alios allegans, consil. 14. n. 20. & consil. 33. n. 12. & latissime Burg. de Paz Iun. l. 1. q. 10. n. 23. cum seq. & aduocatus Granat. Pelæz de maiorat. l. p. q. 36. n. 2. fol. 42. & q. 68. n. 1. fol. 231. utrobq. affirmans hanc opinionem in iudicijs practicari, & Monterros. in sua pract. in tractat. fol. 115.

Tertio, & præcipue, quoniam, etiam si donatio facta sit causa pie, adhuc requiritur & est necessaria ac-

ceptatio, quod si ipsa non fiat, poterit donatio reuocari iuxta gloss. communiter approbatam in l. illud, ver. b. alia causa, in fi. C. de sacros. Eccles. est communis, ut testatur additio Bar. l. i. c. in l. pen. ff. de iur. iur. & D. Couarr. in Rub. de testam. in 3. par. n. 13. & plures referens D. Molin. ubi supra, n. 58.

Quarto, quia omnia supradicta procedunt, etiam si donatio habeat clausulam constituti vel reservationis usufructus: nihil enim hæc clausulæ operantur, nisi per eum fuerint acceptatæ, in cuius fauorem appositæ fuerint, ut in l. quod meo, §. si furiosus, ff. de acquir. en. poss. l. si seruus communis §. 1. & quemadmodum ff. eodem in d. l. si ego, ff. de neg. gest. Alex. in d. l. quod meo in princip. nu. 18. Paul. Castr. dict. consil. 171. nu. 2. Dec. consil. 226. nu. 9. & in l. contr. actus, n. 15. ff. de reg. iur. Curt. Iun. d. consil. 120. nu. 3. Anton. Gom. plures allegans in l. 45. Taur. nu. 82. & 83. & Tellus Fernand. in l. 17. Taur. nu. 30. D. Molin. ubi supra, n. 63.

Quinto, & vltimo, quoniam, et si dicta prima donatio, de qua agimus sit iurata cum clausula de non reuocando eam, adhuc requiritur acceptatio: iuramentum enim sequitur naturam contractus, super quo interponitur, ut in l. fin. C. de non num. pecun. & in l. ff. qui satisf. dare cog. cum similibus, l. 27. tit. 1. part. 3. in versicul. vtro si dezimos: Sicut ergo donatio absque iuramento facta intelligebatur, si eam acceptauerit ille, in cuius fauorem fit, ut supra probauimus, ita etiam & iuramentum donationi interpositum eodem modo est intelligendum, ac proinde, priusquam acceptetur, poterit reuocari. Quia, inquit, Abb. per text. ibi, in c. sicut, ibi, el. 3. n. 5. post Ant. de Butr. ibi, de iure iur. nemo per iuramentum vel pactum obligatur, nisi consentiat illi, in cuius fauorem præstatur & sit iuramentum vel pactum: ubi etiam, quod quando al quis iurat principaliter in fauorem absentis, primaria obligatio dirigitur in Deum, tamẽ si pars nõ curat de implemento, nec etiam Deus, & quod hoc respectu requiritur consensus absentis, & inquit singulariter Archid. in c. quatuor, arte verborum, 22. q. 5. in fin. 4. quod nemo per iuramentum vel pactum proprium obligatur, nisi concedat ille, cui sit pactum vel iuramentum: idem videtur tenere Bald. in anth. generaliter, col. fin. vers. queritur vtrum ex scriptura, n. 12. C. de Episcop. & clericis, & probatur ex his, quæ tradit Fortun. Garlin. c. 1. n. 23. de pact. & in terminis, quod donatio iurata non valeat neq. ex ea acquiratur actio absentis ante acceptationem, non obstante d. iuramento, tenet & probat dicens, esse veriorum Alciat. in c. cum contingat, n. 12. de iure iur. & quod possit reuocari ante acceptationem tenet Decius consil. 432. n. 25. & 26. & late Molin. ubi supra, n. 64. & 66. & post eum Burg. de Paz Senior d. consil. 14. n. 21. & Iunior, d. q. 10. nu. 46.

Quod præmaxime procedit in donationibus vinculi & maioratus (prout fuit illa, de qua nunc agimus) in quibus onera & grauamina adimplenda ponuntur, sicq. ea est contractus respectiuus vltro citroque obligatorius, in quo consensus vtriusq. partis requiritur, & antequam ipse intercedat, non dicitur aliquid esse perfectum, ut in l. contractus, C. de fide instrum. & ibi communiter Doct. probat late Molina, plures allegans ubi supra, n. 66. ad fin. ut est prædictum.

Ex quibus omnibus inferitur ac iam clare constat, quod cum præd. donatio, licet iurata, non fuisset acceptata per filium, cui facta fuit, potuisse a matre reuocari, aliaq. donatio siue melioratio ab eadem fieri, prout fuit facta in fauorem filie sine incurfu alicuius perurij; Quandoquidem prior donatio neq. iuramentum in ea interpositum non habuerunt vim neq. aliquam obligationem induxerunt ex defectu acceptationis, sicque iure optimo potuerunt reuocari, ut in terminis d. l. fin. C. de non num. pecun. probantur ibi Bal. n. 1. Saly. & Fortun.